

nina, & descendencia filiarum dicti Testatoris prædictis  
filijs, & descendentiibus matculis substituta cum præla-  
tione tamen dictorum masculorum ordinavit dictus D.  
Testator eius hæreditatem peruenire debere in proxi-  
miorem ex familia de Cribellis, videlicet in fratres eius-  
demmet Testatoris, vel eorum filios, & descendentes,  
cum expressa prohibitione cuiusqq; alienationis, & de-  
tractionis, volens, quod eius hæreditas, & bona per  
eum relinquenda integrè conseruentur semper, & usq;  
in perpetuum in prædictos hæredes inserviatis, & sub-  
stitutos ut supra debite, & respectuè referendo, & ut  
latius ex dicto testamento dier<sup>18</sup> Augusti anni 1630.  
recepto per D. Ludovicum Porrum olim publicum  
Mediolani Notarium, & C. C., ac Regium Fiscalem  
Generalem inferius producendo, & dimittendo &c.

1616-15/1  
18/1/1630  
Sicutique fratres dicti q. D. Paladini Testatoris, ex quibus  
descendunt DD. Exponentes vt infra fuerunt DD. Prof-  
per, & Carolus omnes filij suprascripti qu. D. Prosperi  
Cribelli Senioris, vt constat ex Instrumento diuisionum  
nonnullorum bonorum inter ipsos fratres innitorum  
diel<sup>15</sup>. mensis Ianuarij anni 1616. recepto per D. Ioan-  
nem Baptistam Cerettum olim publicum Mediolani  
Notarium, inferius pariter producendo, & dimittendo  
&c. sub littera B.

Sicutique inter cetera bona, & iura relicta in hæreditate  
dicti qu. D. Paladini Testatoris aderat, & adestius extra-  
hendi à dicto flumine Olona, mediante partitore, seù  
modo diuisorio existent. in capite Viridarij qu. olim  
DD. Alexandri, Aloysii, Hyppoliti, & Iacobi fratrum  
de Cribellis, & post usum molendini qu. D. Alphonsi  
Besutii, nunc autem proprij præfatorum DD. Expo-  
nentium sit. in Territorio Nemiani capite Plebis Duc.  
Mediolani duas partes ex quinque dictæ aquæ fluminis  
Olona, quæ prodicatis duabus partibus ex quinque in-  
troducebantur in Rupiam Maccaneam, & quandoque  
nuncupatam Olonellam, quæ alias decurrebant ad Mo-  
lendinum qu. D. Hyppoliti Vicecomitis, pro irrigatio-  
ne bonorum irrigari solitorum præfati qu. D. Paladini  
Cribelli Testatoris, & iuxta solitum vt latius constat ex  
sententia arbitrali facta per nunc qu. Egr. I. C. C.  
Mediolani D. Ricardum Malombram tunc Regium  
Aduocatum Fiscalem Generalem Status Mediolani  
Arbi-

Arbitrum confidentem nominatum, & electum, tam à  
dicto qu. D. Paladino Testatore fideicommitente, quam  
fratribus de Cribellis, occasione eiusdem controversiae  
vertentis inter dictas partes super dicto iure aquarum,  
de quo supra facta fuit mentio diei 5. mensis Junij 1614.  
vesperè recept. à DD. Ioanne Baptista Cerretto, & Ba-  
thesare Aplano olim publicis Mediolani Notarijs in  
serius pariter in authenticam formam producenda, &  
dimitienda sub littera G., ac etiam latius constat ex alia  
sententia confirmatoria, & declaratoria superius recente-  
ritate sententiae arbitramentalis facta in iudicio reuisionis  
per qu. I. C. C. Mediolani, ac Reg., & Duc. Senatorum  
Jacobum Alipherum delegatum in dicta causa reuisionis  
diei 22. mensis Novembris 1614. in vesperis in pu-  
blicam, & authenticam formam pariter producenda,  
& dimitienda &c. sub littera D., in qua confirmatum  
remanet predictum ius extrahendi à dicto flumine Olo-  
næ modo, quo supra dictas duas partes ex quinque su-  
perius recensitarum aquarum, & per Buccam Luisot-  
tam, & etiam constat ex relatione pro executione dicta-  
rum conformium facta, mediante accessu in rem præ-  
sentem per q. D. Horatium Canum delegatum à nunc q.  
D. Comite Ludouico Taberna tunc Reg. Duc. Senato-  
re, & Conseruatore dicti fluminis Olone sub die 31.  
Januarij 1618. inferius pariter in authenticam formam  
producenda, & dimitienda sub littera E.

Sicutique etiam pro executione suprascriptarum ordina-  
tionum, ac inherendo superius recensitæ relationi punc-  
tu. I. C. C., ac Reg. Duc. Senator D. Valerius Confalo-  
nerius eiusdem fluminis Olone exinde Conseruator  
sub die 17. mensis Iulij anni 1619. in vesperis deuenerit  
ad electionem D. Petri Antonij Barchet tunc Ingenierij  
Regij Cam., ac dicti fluminis, eique ordinavit, vt acce-  
deret ad dictum locum Nettiani, & cum assistentia  
Commissarij, Cancellarij, ac Camparij dicti fluminis  
reficere, & restaurari ficeret dictum partitorem, seù  
modum divisorum positum in capite dicti Viridarij  
dictorum Alexandri, & fratrum de Cribellis, quo me-  
diante, dividuntur aquæ prædictæ, quo pro duabus  
partibus, ex quinque introducebantur in Rugianam  
Maccaneam, & post usum molendini dicti qm. D. Comi-  
cis Vicecomitis, deinde ducebantur ad usum, & pro

5/6/1614

22/11/1614

3/1/1618

17/7/1619

irrigatione pratorum dicti qu. Paladini fideicommittentis prout, & ordinauit, & declarauit licere eidem D. Paladino dictum cauum purgari facere, & quæcumque impedimenta tollere pro conducendis dictis duabus partibus aquarum, ac irrigatione pratorum suorum irrigari solitorum per Buccam Luisottam, & vt latius ex dicta ordinatione dicti diei, & anni inferius pariter in publicam, & authenticam formam producenda, & dimittenda sub littera F.

Sicutique dictum ius vtendi prædictis aquis modo, quo supralatius iustificatum, & roboratum fuerit per qu. D. Paladini fideicommittentem, occasione quorumdam proclamatum ex ordine Illustrissimi D. Conseruatoris dicti fluminis publicatorum effectus, vt quilibet vtenis aquis dicti fluminis Olonaæ teneretur certo termino exhibere eius iura, Instrumenta, ac titulos media comparitione per suprascriptum qu. D. Paladini Cribellum fideicommittentem facta coram suprascripto I. C. C., & Regio Due. Senatore D. Valerio Confalonero eiusdem fluminis tunc temporis Conseruatorem, in qua producta, dimissa, & specificata fuerunt, ne dum dicta documenta superius recensita, & inferius dimittenda, sed etiam diuersa alia Instrumenta, & documenta, ex quibus manifestè constabat, & constat de dicto iure dicto qu. D. Paladino competenti, extrahendi scilicet à dicto Flumine Olonaæ dictas duas partes ex quinque dictarū aquarum superius relatatum per dictam Buccam Luisottam vt supra, & prout supra, & vt latius ex dicta comparitione diei vigesimi primi mensis Augusti dicti anni 1619: manie, inferius pariter in publicam, & authenticam formam producenda, & dimittenda sub littera G.

1/8/1614  
Sicutique attenta extinctione tuta lineæ masculinæ, tum lineæ femininæ filiorum, & descendenterum dicti qu. D. Paladini Cribelli fideicommittentis, casus evenit prædictæ fideicommissariæ dispositionis per eum sic ut supra in relato eius testamento ordinatae fauore dictorum DD. Exponentium uti descendenterum dicti D. Caroli Cribelli fratris dicti qu. D. Paladini fideicommittentis, & respectuè Aui paterni eorumdem DD. Exponentium Pronepotum præfati D. Paladini, mediante persona dicti D. Caroli, qui DD. Exponentes reperiuntur in quieta, & pacifica possessione bonorum relictorum in hæreditate vinculata prænarrato fideicommisso. Sicutiq;

Sicutique prædictum ius irrigationis dictis titulis, & tot  
rebus plures sic ut supra iudicatis confirmatum, ne-  
glectum fuerit per nunc quæ D. Cenitum Propterum  
Cribellum filium dicti qui D. Patadini fideicommissarii  
& hæredem grauatum ut supra, ut potè in grauio-  
ribus occupatus, scilicet, ut notoriumparet, & pro no-  
torio allegatur ad seruitium Militare pro Sua Catho-  
lica Maiestate, qua de causa, ut plurimum absens fuerit  
ab eius Patria, & sic à proprijs negotijs, nunc autem  
DD. Exponentes quorum fauore casus dicti fideicom-  
missi euenit ut supra, cum inuenient derelictam dictam  
irrigationem obturatis in partibus dictis causis, ac di-  
rutiis ædificiis inservientibus ut supra, supersintque  
vestigia, dumtaxat dicti antiqui iuris irrigationis, cum  
modicis scolatitiis, que per eumdem antiquum cauum  
occupatum Maccaneam, seu Olonellam, decurrunt  
etiam in praesensi ad benefitium DD. Exponentium  
coacti fuerunt pro indemittate, tum iurium eorumdem  
DD. Exponentium, tum etiam aliorum vteriorum vo-  
catorum in dicto fideicomisso, ad vniuersitatem superius  
recensita documenta pro dilucidatione, & euidentia  
iurium, & titulorum dictis DD. Exponentibus compe-  
tentium ut supra, quibus mediantibus remitti valeat  
totum prædictum ius superius recensitæ irrigationis  
relietæ in hæreditate dicti quæ D. Testatoris fideicom-  
missarii, & ad hunc effectum idem DD. Exponentes  
recurrunt habuerunt ad præfatum Illustrissimum D. Se-  
nаторem Conseruatorem, qui propterea super eorum  
supplici libello, eidem pontecto præmissa de causa ordi-  
nauit sub dicta die 18. Aprilis prox. præt. audiendos esse  
quatuor ex principiis interesse habentibus, prout  
per illius executione exitati fuerunt dicti DD. Adher-  
entes

Quamobrem cum præmissa fuerint, & sint vera, iurique  
consonum non sit, quod dicti DD. Comparentes, qui  
ex propria vocatione, successionem obtinuerunt in  
prænarrato fideicomisso non debant gaudere inte-  
grè, & absque vlla diminutione dictis bonis, & iuribus  
fideicommissariis, omni iure illæsis, ab omnibus, &  
quibuscumque præiuditiis in illis illatis ex negligentia  
præcessorum, quæ dictis DD. Comparentibus nocere  
non potest, potissimum quia correspondunt ad beneficium  
dictarum aquarum sustinent onera perticatus dictorum  
bono.

Honorum censorum in regula eorum, quæ irrigantur propteræ petunt, & instanter requirunt, quatenus præfatus illustrissimus D. Senator Conseruator velit, & debet eius officium, etiam quatenus opus sit benignè implorando ordinare, declarare, & sententiare, competuisse, & competere dictis DD. Comparentibus tanquam vocatis, & successis in fideicommisso ut supra ordinato à dicto qu. D. Paladino Cribello ius extulit, id à dicto flumine Olonæ, mediante dicto partito, seu modo diuisorio existente in capite Viridarii superscriptorum qu. DD. Alexandri, & fratrum de Cribellis, & in præsens D. Iacobi Cribelli alterius ex dictis DD. superius citatis, & post usum molendini alias D. Alphonsi Besutii, nunc autem propnii eorumdem DD. Exponentium sit. in dicto Territorio Nemiani dictas duas partes ex quinque dictarum aquarum ut supra, quæ pro dictis duabus partibus ex quinque introducebantur in Reginam Maccanæam, & quandoqq; nuncupatam Olonellam, & post usum alias molendini dicti qu. D. Comitis Vicecomitis in præsens diruti, deinde ducebantur ad usum, & pro irrigatione pratorum dicti qu. D. Paladini fideicommittentis prout, & ad præmissum effectum ordinare, & declarare licere eisdem DD. Comparentibus successis ut supra reficere, seu restaurare facere dictum partitorem, seu modum diuisiorum positum in capite dicti Viridarii, nec non & licere dictum cauum purgari facere, & quæcumque impedimenta tollere pro conduceendis dictis duabus partibus aquarum ad irrigationem pratorum irrigari solitorum ex hæreditate dicti q. D. Paladini per Buccam Luisottam, & in omnibus, & per omnia prout competebat dicto D. Paladino fideicommittenti, prout ita fieri, & declarari petunt, & non tantum modo præmisso, sed, & alias omni meliori modo &c. patentes &c. deducentes, &c. non solum &c. sed &c. salvo &c. hanc dictam.

Et ad effectum præmissum præfati DD. Comparentes exhibent, producunt, & dimittunt in actis præfati Illustrissimi D. Senatoris Conseruatoris, ac penes eius D. Cancellarium in publicam, & authenticam formam, & per debitum tempus, &c. in solis &c. cum oblatione copiæ &c. infra scripta iura, videlicet.

Dicta documenta superius emunciata signat. A. B. C. D.  
E. F. G.

Item omnia alia iura, salvo iure latius &c.

Ex-

Exceptiones DD. Capitanei Rodulfi Graff, Alexandri,  
& fratribus de Besutijs, Comitis Iev. Antonii Meltii, &  
Iacobi Cribelli ponentes post assertam comparitionem,  
petitionem, iuriumque dimissionem, vt dicitur faciam  
per DD. Prosperum, & fratres de Cribellis sub asserta  
die 26. mensis Maij 1713. manè.

26/5/1713

Coram Illustrissimo I. C. C. Nouari D. Don Orazio Ba-  
zetta Regio Ducali Senatore Mediolani, ac Conferen-  
tore Fluminis Olonæ.

Præmissis præsentibus præfatis DD. Capitaneo Graff,  
fratribus Besutijs, Com. Meltio, & Iacobo Cribello  
semper saluis quibuscumque eorum, & cuiuslibet eorum  
iuribus, & actionibus &c. citraque animatum admittendi,  
quæ nulla sunt, nulliterque ex aduerso processerunt &c.  
ac cum cæteris clausulis salutaribus, & præseruatiuis,  
quæ hic &c. nec non cum resseruatione consequendi  
omnes expensas, & damna &c. acceptantibus dictas  
assertas aduersarias Comparitionem, petitionem, ju-  
riumque dimissionem in solis parte, & partibus sauora-  
bilibus, si quæ &c. etiam in vim iudicialis, & irreuoca-  
bilis confessionis, præjudicialibus vero omnino impu-  
gnatis excipiendo dicentibus actionem ex aduerso pro-  
positam tangere interesse omniū Utentium in inferiori  
perperam prætenso per DD. Aversantes situ, quorum  
Utentium numerus triginta, & ultra personas continet,  
quorum pars sine dubio est in principalioribus Utenti-  
bus, qua de re in iudicium vocari debet unusquisque ex  
eis, adhuc ut sua quisque validè præstare incumbentia,  
cum agatur de iure respectivo subordinatè autem, &  
præmissis semper saluis, ita ut potius perscat actus, quam  
quod &c. animaduertere debuissent DD. Aversantes  
de assertis expositis, & per eos narratis non constare  
decantata eorum prætensa iura carere utulo radicata  
esse in rebus inter alios actis, quæ Tertio præiudicare  
non possunt successivè, & subordinatè pariter non do-  
ceri de illa executione assertatum rerum iudicatarum,  
sicet non aptarum ut supra ad præiudicandum Tertio,  
ultra lapsum ferè centum annorum nulla cum effectu  
obtenta, nec requisita executione. Hæc tamen pro  
nunc dicta sint ex abundanti nam sibi reseruant DD.  
Excipientes quatenus in iudicium vocentur cum prin-  
cipalioribus, & cæteris alijs respectuum interesse ha-  
bentibus fusius etiam eorum iura deducere.

Et

11

Et ex his pro parte, & alijs etiam latitis &c. si &c. concludi-  
tur per praesertim Illustrissimum D. Senatorem Conser-  
uatorum originari in scena trahi debere Principalio-  
res, & quicquid alios Utentes aquis Fluminis, de quo  
supra sermo est, nullamque habendam esse rationem  
regum huc usque per DD. Aduersantes gestarum, &  
quatenus opus sit, absoluendos fore, & esse DD. Excipi-  
entes ab observatione iuditij presentis, & etiam a pe-  
titis, damnatis dictis DD. Aduersantibus in omnibus  
expensis, & damnis, de quibus &c. secus &c. saluo &c.

Subscript. I. C. de Christophoris.

Réplications DD. Prosperi, & Fratrum de Cribellis  
ponendæ post assertas exceptiones, ut dicitur factas per  
DD. Capitaneum Rudolphum Crassum, Alexandrum,  
& fratres de Besutiis, Comitem Jo. Attionum Mek-  
zium, & Iacobum Cribellum sub assertardie 26. mensis  
Maij 1713. manæ.

26/5/1713

Coram Illustrissimo I. C. C. Nouariæ D. Don Orazio Ba-  
zetta Reg. Duc. Senatore Mediolani, ac Conseruatore  
Fluminis Olonæ.

Præmissis præsentibus præfatis DD. Prospero, & fratribus  
de Cribellis, semper latuis, prout in actis acceptantibus  
dictas assertas aduersarias exceptiones in parte, & parti-  
bus fauorabilibus tantum si quæ &c. etiam in vim iudi-  
cialis, & irreuocabilis confessionis, præiudicialibus vero  
omnino impugnatis replicando dicentibus opposita, &  
deducta in dictis aduersariis exceptionibus tum respe-  
ctu ordinis iuditij, tum circa merita causæ consistere  
dum taxat in verbali allocutione omni iuris fondamen-  
to destituta, quapropter non officere quo minus ad  
viteriora in hac causa procedendum sit, & per præfatum  
Illustrissimum D. Senatorem Conseruatorem iudicari  
debeat, prout in actis a DD. Replicantibus petitus fuit.

Frustra siquidem in primis ex aduerso opponitur, quod  
cum actio per DD. Replicantes intentata, tangere di-  
catur interesse omnium Utentium in inferiori parte  
dicti fluminis Olonæ, quorum numerus afferatur tri-  
ginta, & ultra pro maiori parte, ut fertur ex principali-  
bus, id est unusquisque ex eis in iuditium vocari de-  
beat ad hoc, ut sua quisque præstare valeat in embentia  
pro eorum asserto respectivo iure. Quandoquidem  
huiusmodi exceptio insubsistens undeque conuine-  
tur, siue quia de asserto numero Utentium non constat,  
minus

12

minus ex aduerso iustificatur, quod corum pars sit ex principalioribus, siue quia quatenus etiam aduersaria assertio nullibi iustificata, concludenter, prout in iuditij re quiritur probaretur, adhuc non esset propinquibilis in praesenti iudicio, & duplice capite; primo quia esset exceptio competens dumtaxat dictis alijs assertis Utentibus, docto prius tamen de eorum praetenso interesse principaliori, & vbi ab ipsis proponetur opportunum dabitur responsum; secundò quia praedicta aduersaria exceptio sublata remanet ex peculiari decreto dicti Illustrissimi D. Senatoris Conservatoris, qui in calce supplieis libelli illi per DD. Replicantibus porreto pro declaracione eorum iuris in dicto flumine, & in actis presentato, ordinavit excitandos esse dumtaxat quatuor ex principalioribus Utentibus eiusdem fluminis vnde sufficit DD. Replicantibus adimpleuisse demandata in dicto decreto media citatione DD. Adversantium, qui tanquam Utentes viciniores buccæ, super qua ius competit DD. Replicantibus extrahendi aquas expressas in dicto supplici libello, & successiva petitione, sunt ex principalioribus cum de eorum primo interesse agatur; potissimum respectu DD. Co. Io: Antonij Meltij, & Capitanei Rodelphi Crassi esto quod fungantur etiam munere Sindicorum dicti fluminis, quibus inauditis super emergentibus eiusdem fluminis nihil deliberari solet, quod quidem decretum prefati Illustrissimi D. Senatoris Conservatoris conforme est iuri, & quotidianæ praxi cum in quaqq; causa vbi de multorum interesse agitur soleant fieri decreta, vt excitentur quatuor ex principalioribus interesse habentibus, quia illi quatuor representanti totum corpus aliorum, & quod excipere nequeunt ipsi de quorum principali interesse agitur, multò minus ceteri aliij, de quorum minorum interesse tractatur, quod etiam sit ad evitandas confusiones, & expensas in litigare debentibus.

Transiendo autem ad merita cause gratis ex aduerso dicuntur de expositis, & narratis per DD. Replicantibus in dicta eorum petitione non constare cum illa iustificata remaneant ex productione sub litteris A. B. C. D. E. F. G. in actis facta in publicam, & autenticam formam documentorum enuntiatorum in dicta petitione, ex quibus singula contenta in eadem mes petitione comprobantur, fundaturque indubitatum ius DD. Replicantium pro